Noverint universi Quod Ego Martinus cassan salom prochie de Canano de silva Gerunde Gratis et ex certa sciencia per me et omnes heredes et successores meos quoscumque presentes pariter et futuros vendo et titulo pure et perfecte vendicionis concedo et trado vel quasi trado vobis Michaeli crexell dicte prochie de Canano presenti et vestris et quibus volueritis perpetuo Quendam campum terre de pertinenciis mansi plan latinet quem habeo et possideo in dicta prochia de Canano scilicet loco vocato bellsolan et continet infra se decem versanas terre vel inde circa et affrontatur ab oriente in honore mansi hospitalis a meridie in honore de plan de selet ab occidente in honore vestri dicti emptoris et a circio in vico publico et in [illegible] qui ibi est Hanc itaque vendicionem et expressa vendicionis concessionem de predicto campo terre superius designato et confrontato facio vobis et vestris et quibus volueritis perpetuo cum introitibus et exitibus pertinenciis proprietatibus iuribus et pertinenciis suis universis et singulis cumque omnibus et singulis melioramentis et augmentis ibi factis et amodo faciendis ac prout melius et utilius ad vestri et vestrorum bonum et sanum intellectum potest intelligi sine dolo Precio videlicet Quadraginta librarum monete Barchinone de terno Quod precium a vobis confiteor et recognosco me habuisse et recepisse ad meam numerando voluntatem Unde renuncians excepcioni dicti precii non numerati non habiti et non recepti et doli Si plus mihi valet hec vendicio vel amodo prevalebit precio memorato totum illud plus vobis et vestris dono et sciencter remitto donacione et remissione pura et irrevocabili inter vivos Renuncians sciencter super hiis legi qua deceptis ultra dimidiam iusti precii subvenitur et omni legum auxilio Constituens me predicta que vobis vendo vestro vestrorumque nomine possidere donec inde corporalem adeptus fueritis possessionem seu quasi de eisdem quam liceat vobis et vestris et possitis quandocumque volueritis accipere et eam acceptam penes vos et vestros et quos volueritis perpetuo licite retinere Cedendo nichilominus et dando inde vobis et vestris et quibus volueritis perpetuo in premissis que vobis vendo omnia iura et loca mea omnesque voces vices raciones et acciones meas reales et personales mixtas utiles et directas et alias quascumque michi et meis in premissis pertinentes et pertinencia pertinereque debentes et debencia quoquomodo Quibus iuribus et accionibus antedictis possitis vos et vestri et quos volueritis perpetuo super premissis uti agere et experiri in iudicio et extra tam scilicet agendo quam defendendo quam in multis aliis modis et contra cunctas [?] prout et quemadmodum ego facere poteram ante huiusmodi presentem vendicionem et presentem cessionem et possemus ego et mei facere postea quandocumque Ego enim facio et constituo vos et vestros et quos volueritis perpetuo in premissis que vobis vendo veros dominos et procuratores ut in rem vestram propriam ad faciendum inde vestras et vestrorum omnimodas voluntates Salvo tamen in et super premissis que vobis vendo iure et directo dominio Monasterii sancti Danielis Gerunde et sic honorabilis Abbatisse nomine eiusdem in omnibus videlicet tercio laudimio et firmamentis emparis faticis et iure retinendi ac omnibus aliis et singulis ad directum dominium pertinentibus Cui honorabili domine Abbatisse et suis in eodem Monasterio succedentibus faciatis et prestare faciatis et prestare teneamini et heredes vos et vestri anno quolibet perpetuo de censu in festo nathalis domini sex solidos monete Barchinone de terno Et insuper [illegible] et prestatis unam migeriam ordei ad mensuram de Honellis in adiutorium illorum undecim solidorum et quatuor denariorum dicte monete et duarum migeriarum ordei ad mensuram de Honellis quos et quas dicta Abbacialis dignitas et eius honorabilis domina Abbatissa habet et percipit annuatim de censu super dicto manso plan latinet et eius terris honoribus et possessionibus inquantum pro ipsa Abbaciali dignitate directe tenentur sive ipse mansus et eius terre honores et possessiones sint divisi sive non et sive per plures teneantur possideantur in futuro Et ultra hoc de omnibus expletis panis et vini ex dicto campo terre provenientibus unam tascham fideliter atque bene Et sic sine aliquo alio retentu quem in premissis que vobis vendo non facio vel retineo ullomodo nisi ut premittitur Convenio et bona fide promitto vobis dicto emptori et vestris quod predicta que vobis vendo faciam vos et vestros et quos volueritis perpetuo habere tenere et possidere in pace et secure contra cunctas personas Quodque tenebor vobis et vestris de firma et legali eviccione et interesse premissorum et de restitucione omnium et singulorum missionum dampnorum et interesse litis et extra ita quod si forte per quamcumque personam cuiuscumque legis status dignitatis condicionis aut preheminencie existat fiet movebitur seu inde probabitur vobis vel vestris in premissorum eviccione lis questio aliqua peticio vel demanda in iudicio vel extra quoquomodo promitto me et meos ante vos et vestros opponere et separare ac facere et in me et meos suscipere totum onus litigii et agere ducere prosequi et finire omnes et singulas lites questiones et causas a litis principio usque in finem que vobis vel vestris fient vel moverentur qualitercumque meis et meorum propriis missionibus sumptibus et expensis vel vos aut vestri si malueritis possitis ipsas lites questiones et causas agere ducere prosequi et finire per vos met aut per interpositam personam Eleccione vobis et vestris super hiis penitus reservata Ego enim promitto vobis et vestris integriter restituere et fideliter emendare omnes et singulas missiones dampna et interesse quas et que vos vel vestri feceritis et sustinueritis qualitercumque in iudicio vel extra premissorum occasione una videlicet cum toto eo quod inde a vobis vel vestris obtentum fuerit seu evictum et hoc tam obtinendo in predictis nuncius sine litibus quam sentencia subeundo Remittens vobis et vestris sciencter super hiis pacto inscripto et convento onus denunciandi predicta et appellandi necessitate Et pro predictis omnibus et singulis attendendis firmiter et complendis ac pro firma et legali predictorum eviccione et interesse premissorum obligo vobis et vestris omnia et singula bona et iura mea mobilia et inmobilia ubique habita et habenda Et ut predicta omnia et singula maiori gaudeant firmitate iuro sponte per dominum deum et eius sancta Quatuor Evangelia manibus meis corporaliter tacta huiusmodi vendicionem et omnia et singula supradicta rata grata et firma semper habere tenere et firmiter attendere et complere et nullatenus contrafacere vel venire iure aliquo causa vel etiam racione Ad hec nos Caterina uxor et filia dicti venditoris ac uxor Stephani massanera Castri de Tussia laudantes approbantes ratificantes et confirmantes vobis Michaeli crexell emptori predicto et vestris perpetuo vendicionem predictam per dictum Martinum cassan salom vobis supra factam et [illegible] bonorum suorum [illegible] eiusque subseccionem aliaque omnia et singula supradicta ac eisdem omnibus et singulis consencientes Gratis et ex certa sciencia Convenimus et promittimus vobis dicto emptori et vestris perpetuo quod contra dictam vendicionem nec aliqua de contentis predictis [illegible] non fuerimus vel veniemus scilicet ego dicta uxor dicti venditoris racione dotis et sponsalicii mei aliorumque quorumcumque iurium [illegible] dicti viri mei michi competencium et competere debencium qualitercumque Nec ego dicta filia ipsius venditoris racione [illegible] hereditatis et legitime mee paterne et materne supplementique earundem [illegible] substitucionis aut fideicommissi Neque nos ambe prenominate uxor et filia racione videlicet [illegible] quorumcumque aliorum iurium sive [illegible] super premissis vobis vendimus nobis et utrique nostrum [illegible] Et ego dicta filia ipsius [illegible] competencium seu competere debencium Nosque enim certiorate ad plenum de iuribus nostris per notarium infrascriptum Renunciamus sciencter super hiis scilicet ego dicta uxor iuri ypothecarie mee quam habeo in et super bonis dicti viri mei Et ego dicta filia [illegible] et legitime mee paterne et materne et supplementi earundem [illegible] substitucionum et fideicommissi ac legi sive iuri dicenti pactum factum de futura successione non valere et legi qua agitur ad supplementum legitime et ambe insimul omni alii iuri hiis obvianti ffacientes vobis et vestris de predictis omnibus finem absolucionem et diffinicionem et pactum de ulterius non petendo prout melius dici et utilius ad vestrum vestrorumque bonum et sanum intellectum possit intelligi sine dolo Iurantes etiam sponte per dominum deum et eius sancta Quatuor Evangelia manibus nostris corporaliter tactis huiusmodi laudacionem approbacionem et confirmacionem ceteraque omnia alia et singula supradicta rata grata et firma semper habere tenere et firmiter attendere et complere et nullatenus contrafacere vel venire aliqua racione sive modo vel causa Acta fuerunt hec Gerunde [illegible] die ffebruarii anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo Tercio Signum Martini cassan salom venditoris Signum Caterine eius uxoris consencientis ambarum predictarum qui hec firmamus et laudamus predicte [illegible] Testes huius rei sunt presentes [illegible] oriundus insule Maiorice comorans in prochia de Caneto et Petrus marchi iuponerius Gerunde

Signum Reverende domine ffrancisce dei gracia Abbatisse monasterii sancti Danielis Gerunde que predictam vendicionem dominii racione firmavit et laudavit Salvo iure dicti monasterii in omnibus et per omnia Retinuit sibi dicta domina Abbatissa sibi ipsi et eius monasterio quod dictum campum terre non possit ullo unquam tempore ascribi [illegible] seu obligari [illegible] ad prestacionem hominum et mulierum [illegible] sicut fuerit [illegible] seu obligatum [illegible] campus ipse sit et remaneat separatus et penitus alienus ab omni [illegible] Cuius firmam ego Guillermus [illegible] scriptor auctoritate Regia substitutus in notaria Gerunde de mandato dicte domine Abbatisse hic manu propria mea apposui [illegible] die vicesima [illegible] mensis Marcii anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo [illegible] presentibus testibus [illegible] Petro [illegible] presbitero Capellano ecclesie monasterii sancti Danielis et Petro pons prochie de [illegible] in persona [illegible] hominum et mulierum

Jo f. das des al benguut de cassa balla [illegible] abadessa aquesta venda ferm y lablo

Michael ombert notarius publicus substitutus auctoritate Regia a Bernardo de campolongo publico civitatis bajulie et vicarie Gerunde [illegible] notario hoc instrumentum per alium scribi feci [illegible] cum similibus auctoritate et substitucione Gerunde notarium sub dicto [illegible] recepi scripsi et clausi

Sit omnibus Notum Quod ego Martinus cassan salom prochie de Canano de silva Gerunde Gratis confiteor et recognosco vobis Michaeli crexell dicte prochie presenti quod solvistis michi ego que a vobis habui et recepi ad meam numerando voluntatem omnes illas Quadraginta libras monete Barchinone de terno pro quibus sive quas precio vendidi vobis et vestris et quibus volueritis perpetuo quendam campum terre de pertinenciis mansi plan latinet quem habebam tenebam et possidebam in dicta prochia de Canano loco vocato bellsolan et continet infra se decem versanas terre vel inde circa et sicut affrontatur ab oriente in honore mansi hospitalis a meridie in honore den plan desclet ab occidente in honore vestri dicti emptoris a circio in vico publico prout de dicta vendicione plene constat instrumento publico inde hodie presenti et infrascripta in posse notarii subscripti in quo hec et quam plurima alia latius exarantur Unde renunciando excepcioni dicte pecunie non numerate non habite et non recepte et doli in testimonium premissorum de predictis Quadraginta libris presentem vobis facio apocham de soluto [illegible] et pactum firmissimum de ulterius aliquid non petendo vallatam stipulacione sollempni prout melius et utilius ad vestrum vestrorumque bonum et sanum intellectum possit intelligi sine dolo Actum est hoc Gerunde Quarta decima die ffebroarii Anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo Tercio Signum Martini cassan salom predicti qui hec firmo et laudo Testes huius rei sunt Petrus [illegible] oriundus insule Maiorice comorans in prochia de Caneto et Petrus marchi iuponerius Gerunde

Michael ombert notarius publicus substitutus auctoritate Regia a Bernardo de campolongo publico civitatis bajulie et vicarie Gerunde [illegible] notario hoc instrumentum per alium scribi feci [illegible] cum similibus auctoritate et substitucione Gerunde notarium sub dicto [illegible] recepi scribi feci et clausi Cum suppositis [illegible] in [illegible] linea eadem scripta

1443. II. 14

Nº 1166

T. 390 y 390

1234

1557